Dans ipsis conjunctim vel divisim authoritatem dispo-
nendi ordinandi et exequendi hujusmodi meum Testa-
mentum, ut praemittitur secundum ordinationem
meam factam; Item et hujusmodi ultimam meam
voluntatem de manu Notarij Publici subscripti exara-
tam, casu quo licet ipsum Testamentum meum, Si-
gno meo, seu aliorum Executorum consignatum
non fuerit, apertumque inventum fuerit, omnino
ratum, gratum, ac firmum habere volo, non obstanti-
bus solennitatibus Juris omnibus. Acta sunt haec
et facta Prima die Mensis Maij Anno Dni. 1545.

Et ego Caspar natus quondam Augustini Payr
de Posonio Presbyter Strigonien. Dioecesis, Sacris
Apostolica et Imperiali authoritatibus Notarius
Publicus, hoc praesens Testamentum modo praemisso
ex commissione ejusd. Testatoris et sub nomine suo ita
fieri volente conscripsi. In cujus rei fidem et Te-
stimonium omnium et singulorum praemissorum
hic me manu mea propria subscripsi, rogatus et
requisitus.

Ego Thomas Haydinger
manu propria me subscripsi.

Nro 7.

Testamen. Lucae de Nandor Canon. Poson.

In nomine Domini Amen. Anno ejusd. Millmo
Quingentesimo Quadragesimo Septimo Die

Decima

Decimâ octavâ Martij. Ego Magr Lucas de Nandor, Archidiaconus Papen et Canonicus Eccl̃ae Posonien, licet corpore et mente per omnia sanus, et compos rationis, tamen considerans, illud Salvatoris dictum: Vigilate ergo quia nescitis diem, neq horam, quando Dominus veniet &c: De Bonis à DEo mihi collatis tale facio testamentum et ultimam voluntatem, semper permansuram.

Item Animam meam commendo misericordiae DEI omnipotentis, supplex et humilis deprecans ut ipsa omnipotentis clementia dignetur animam meam suscipere, et cum Sanctis suis in Cœlum transferre; Corpus vero meum commendo terrae hic Posonij in Eccl̃a Sancti Martini Epĩ et Confessoris humilan.

Item Rmo et gratiosissimo Dño meo, Dño Francisco de Uylak Epõ Ecclesiae Jaurien Lego in auro florenos quinque.

Item Venerabili Dño Plebano Posonien pro Exequijs meis, ut honorifice corpus meum sepeliatur Lego in monetis florenos Decem.

Item Eccl̃ae Sancti Martini, in qua sepulturam elegi Lego similiter in monetis flor Decem.

Item Fratibus Sancti Seraphici Patris, Posonij commorantibus, Lego florenos duos, ut orent pro me.

Item Religiosis Dominabus Sanctimonialibus, hic Posonij degentibus, ut orent pro me lego flor duos.

Item ad Hospitale Posonien ut distribuantur Pauperibus

peribus lego florenos Decem.

Item Fratribus meis Canonicis et Altaristis, in Ecclesia Ian-
nien Servien, ut orent pro me lego flor. Decem.

Item Fratribus meis Canonicis hic in Ecclesia Pokrien
Servientibus lego flor. Decem

Item Michaëli Felber Germano meo lego in auro f. 10.

Item Eidem Fratri meo lego discos Plumbeos 4. Scutellas
4. Similiter Plumbeas et cantharum unum majorem.

Item Dnæ Catharinæ Sorori meæ lego in aur. f. 10.

Item Dnæ Helenæ Donratia pro bonis servitÿs lego f. 10.

Item Eidem Dnæ Helenæ lego unam Vaccam.

Eidem Dnæ Helenæ lego cubulos Tritici 15.

Item Martino Famulo meo lego tres Vineas Venes Ian-
nium in monte Sabadÿ habitas et Existen.

Eidem lego in monetis florenos sex.

Item Habeo unum Calicem in Valore Sedecim aut Vigin-
ti flor. simul cum patina, et Ampulas argenteas
duas et Corporalia duo quæ continentur in arma-
rio meo hic in Ecclesia Pokrien lego Eccliæ Iannien.

Item ibidem in Armario continentur duæ Casulæ una de
Dritte nigra ab hy-humerali et Alba, et alia Casula
deaurata Coloris Celestini etiam ab hy-humerali,
et Missale unum, quæ omnia pertinent ad Ecclesiam
Iannien et reddantur Executores mei ad manus Magri
Blasÿ de Kemend Custodis Iannien; ibidem habeo
crucem parvam argenteam lego eid. Ecclæ Iannien.

Item

Item habeo vestem unam de granat, quam emeram à Dño Rmo Prelato nostro subductam schaffota viridi Lego Dño Magro Vincentio Pastori Archidiacono Comarom.
Item Annulum meum Aureum cum lapide Zafir Lego Dño Doctori Ambrosio Samer Canonico Eccle Sancti Stephani Viennen olim Praeceptori meo Amantissimo.
Alterum Annulum cum lapide Carniol Lego Domino Blasio Custodi Jaurien. &c: &c: &c:

Executores meos eligo Dnum Magrum Matthaeum de Aens Archidiaconum Sataarien et Canonicum Eccle Posonien Et Magrum Wolffgangum de Csechertek, ac Dnum Magrum Vincentium de Passchor Archidiaconum Komaromien, et Magrum Stephanum de Szentgyörgy Archidiaconum Cathedralem et Canonicos Ecclesiae Jaurien. necnon Magrum Franciscum de Vax Concanonicum et Fratrem meum, Item Dnos Joannem Custodem et Christophorum Pachmel et Thomam de Nagy Hatvan Concanonicos et Fratres meos.

Nro 8.

Testamentum Laurentÿ de Buda. Can: Posonien:

In nomine Domini Amen. In Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tertio, tricesimo die Mensis Augusti. Ego Mager Laurentius de Buda Canonicus Eccle Posonien,

quamvis